

tionis occurrentis in feria quinta in Coena Domini antiquus mos Communionis Cleri in Missa solemniter eius diei, quo Ecclesia SS. Eucharistiae Sacramenti institutionem, & memoriam recolit, summa Religione haftenus observatus nullo modo omittatur. 12. Sept. 1716.

362. In Missis votivis de Passione, vel de Cruce, quae dicuntur infra hebdomadam Passionis non est omittendus Psalmus: *Judica me Deus*, neque *Gloria Patri*, ad Introitum, & Lavabo, licet haec omnia omittantur in Missa Tempore. 10. Febr. 1647.

363. Festum Translationis, Ordinationis, Apparitionis, vel Inventionis, quod alicubi celebratur ratione corporis, vel insignis Reliquiae celebrandum est sub Ritu semiduplici, nisi fit festum unicum, vel principale, & supposita concessione si bis celebretur. 6. Dec. 1698.

364. Festum semiduplex occurrens in festo duplici Infraoctavam non privilegiatam, non est transferendum post illam, quando dies immediatè sequens alio festo duplici, vel semiduplici impedita non fuerit: sed faciendum tunc est officium die immediatè sequenti, 30. Sept. 1679.

365. Missa S. Gregorij pro vivis, & defunctis, 15. Auxiliatorum, & de Patre Aeterno, & aliae varj in locis impressae sunt prohibita. 8. Apr. 1628.

366. Diaconum non debet dare pacem Laico, neque Domino loci. 5. Jul. 1614.

367. Non prohibentur 30. Missae S. Gregorij pro Defunctis. 28. Oct. 1628.

368. Episcopi nequeunt delegare alijs benedictionem paramentorum, & earum rerum, in quibus unctio non adhibetur.

369. Congregatio concessit insignioribus Regularium Ecclesijs usum planetarum plicatarum: & declaravit, celebrantem, & Ministros federe posse, dum cantantur Epistola, & Graduale.

370. In feria 5. & 6. majoris hebdomadae non fit Processio Sacramenti extra Ecclesiam. 6. Aug. 1591.

371. In feria 6. Paraceves non potest fieri nocte Processio cum Sanctissima Eucharistia. 22. Maj 1596.

Haec Decreta desumpta sunt ex Gavanto, Lacroix, & alijs: quorum diligentia omnibus satis est nota: sed non propterea omnino authentica sunt, qua propter sententiae, quae ipsis, vel in hoc, vel in alijs Libris opponantur, dum à gravibus Doctoribus defendantur, non illico rejicienda sunt. *Lacr. lib. 6. p. 2. n. 2057.* Plura adest Cajetanum de Marassi Consultor S. C.R. in 1. Tom. Gavanti. f. 517.

TIT. XLII.

De Baptismo, & ejus effectu.

398. **T**RIPLEX communiter distinguitur status naturae. 1. est *parva natura*, quae, scilicet, praecise habeat perfectiones, & facultates sibi naturaliter debitas, cum proportionato concursu Dei, absque ordinatione ad finem supernaturalem per dona supernaturalia, & absque natura corruptione per peccatum originale: & hic status possibilis communiter asseritur. 2. est *natura integra*, quae, scilicet, ultra perfectiones naturaliter debitas, haberet per dona sibi indebita perfectam subjectionem appetitus, & aliarum facultatum sensitivarum ad rectam rationem, & ipsius rationis ad Deum, ut finem ultimum cum exemptione à doloribus, aliisque corporis infirmitatibus: & quatenus ordinatur ad finem supernaturalem, fuit status justitiae originalis, in quo fuit Adam creatus. *D. Thom. 1. p. q. 95. art. 1. in corp. Sed quod fuerit conditus in gratia, videtur requirere ipsa rectitudo primi status, in qua Deus hominem fecit, secundum illud Eccles. 7. Deus fecit hominem rectum: erat enim rectitudo secundum hoc, quod ratio subdebatur Deo, rationi vero inferiores vires, & anima corpus: prima autem subiectio erat causa, & secundae, & tertiae. Et in art. 3. dicit, quod homo in statu innocentiae aequaliter habuit omnes virtutes. Tertius est status naturae lapsa, in quo justitiam originalem, & integritatem, quam in primo parente acceperat, per ejus peccatum perdidit. Hanc statum diversitatem non incongruè adumbrantur Gentiles, qui Mundi in ferrea aetate miseram conditionem sic suis coloribus depinxerunt. *Videtur ex rapto, non hospes ab hospite tutus, non focer à genero, fratrum quoque gratia rara est, imminet exitio vir conjugis, illa maritum: lurida terribiles miscent aconita novera: silius ante diem patrios inquirat in annos, vicia jacet pietas, & virgo eade madentes ultima Caeslestium terras Aethra reliquit.* Peccatum ergo Adami ita in nos transfunditur per propagationem, ut nos omnes ejus posterij per illud in sua conceptione vere in se ipsis peccatores constituentur, Deo odibiles, & digni damnatione, juxta illud *Psal. 50. Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Et ad Rom. 5. Sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors,**

De Baptismo, & ejus effectu.

mors; & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo (scilicet Adamo) omnes homines peccaverunt. *Trid. sess. 5. in Decret. de Pecc. orig. Modum sic explicat D. Thom. 1. 2. q. 71. art. 1. in corp. Dicendo, quod omnes homines, qui sunt unius communitatis reputantur quasi unum corpus, & tota communitas quasi unus homo: sicut etiam Porphyrius dicit, quod participatione speciei plures homines sunt unus homo, sic igitur multi homines ex Adam derivati sunt tamquam multa membra unius corporis: actus autem unius membri corporalis, puta manus, non est voluntarius voluntate ipsius manus, sed voluntate anima, quae primò movet membrum: unde homicidium, quod manus committit, non imputaretur manus ad peccatum, si consideretur manus secundum se, ut divisa à corpore, sed imputatur ei, in quantum est aliquid hominis, quod movetur à primo principio motivo hominis. Sic igitur ordinatio, quae est in isto homine ex Adam generata non est voluntaria voluntate ipsius, sed voluntate primi parentis, qui movet motionem generationis omnes, qui ex ejus origine derivantur, sicut voluntas anima movet omnia membra ad actum. Unde peccatum, quod fit à primo parente in posteros derivatur, dicitur originale, sicut peccatum, quod ab anima derivatur ad membra corporis, dicitur actuale. Et sicut peccatum actuale, quod per membrum aliquod committitur, non est peccatum illius membri, nisi in quantum illud membrum est aliquod ipsius hominis, propter quod vocatur peccatum humanum: ita peccatum originale non est peccatum hujus persone, nisi in quantum hac persona recipit naturam à primo parente: unde, & vocatur peccatum natura, secundum illud *Ephef. 2. Eramus natura filij irae. Et art. 4. dicit, quod si aliquis ex humana carne formaretur miraculoè, quod non contraheret peccatum originale, quia non fuisset in Adam, secundum seminalem rationem, quod solum causat traditionem peccati originalis, juxta D. Augustinum. Et art. 5. ait: Principium activum in generatione est à Patre, materiam autem Mater ministrat, unde peccatum originale non contrahitur à Matre, sed à Patre, & secundum hoc, si Adam non peccante, Eva peccasset, filij originale peccatum non contraherent. E converso autem esset, si Adam peccasset, & Eva non. Hoc ergo peccatum originale per baptismum deletur. De quo, & ejus effectu in praesenti agendum est. Et ecce jam pervenimus ad statum naturae per Christum reparatae quoad infirmitatem culpa, licet non quoad infirmitatem concupiscentiae.**

399. **B**aptismus ergo aliquando significat tribulationem, vel afflictionem magnam, sic Christus Dominus apud *Luc. 12. v. 5.* ait: *Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor usque diem perficiatur?* Et apud *Marc. 10. v. 38.* dixit Jacobo, & Joanni: *Potestis bibere calicem, quem ego bibo, aut baptismum, quo ego baptizor, baptizari?* Sed in praesenti sumitur pro uno ex Sacramentis Ecclesiae: dicitur *baptismus* à verbo Graco, quod significat *instingere, abluere, seu immergere*, Hispanè: *Mojar, à labar, à zampuzar. Galliae: Plonger. Vid. Nebris. V. Baptisma: & Diction. Trev. V. Baptisme.* Baptismus est fundamentum omnium Sacramentorum, & janua vitae spiritualis, *e. fin. de Presbyter. non baptizat.* & adeo necessarius ad gloriam consequendam, ut nisi quis natus, saltem per generationem, & animationem foetus, quamvis mortuus per peccatum originale, non renascatur ex aqua, & Spiritu Sancto per baptismum, non potest introire in Regnum Dei, *Joan. 3. v. 5. e. 4. b. t. Trid. sess. 6. de Justific. cap. 4.* Baptismus est triplex. 1. *Sanguinis*, qui in martyrio consistit. 2. *Fluminis*, qui in voto baptismi in re suscipiendi stat. 3. *Fluminis, seu aquae.* *D. Thom. in 3. p. q. 66. art. 11. L. 4. tit. 4. p. 1.* Et hic solum est Sacramentum, de quo agimus in praesenti, & successit in locum circumcisionis, quae in Lege antiqua à Judais servabatur, & de eo intelligitur, quod dicit *Apost. ad Ephef. 4. v. 5.* *Unus Dominus, una fides, unum baptismum.* Nam alia duo baptismata includuntur in baptismum fluminis, seu aquae, nam suam efficaciam habent ex passione Christi, & à Spiritu Sancto, & ideo per hoc non tollitur unitas baptismi. *D. Thom. in 3. p. q. 66. art. 11. ad 1. Greg. Lop. in L. 4. tit. 4. p. 1. V. Tres. Baptismus ergo à Catechismo Rom. p. 2. cap. 2. sic definitur: Sacramentum regenerationis per aquam in verbo viva, fact. L. 2. tit. 4. p. 1.* Per particulam *regenerationis*, cui ad majorem explicationem potest addi *spiritualis*, distinguitur baptismus à reliquis Sacramentis, saltem Legis veteris, quae non justificabant animas. Per particulam *per aquam* exprimitur materia hujus Sacramenti, & distinguitur ab alijs, etiam novae Legis Sacramentis. Per particulam *in verbo viva* forma significatur, quae est verbum spirituale vivificans: nam in baptismum duo semper, videlicet *verbum, & elementum*, necessario requiruntur. *e. 5. b. t. Nec sanatur aqua, nisi Spiritus Sanctus descenderit, & aquam consecraverit. e. 9. de Conf. D. 4. D. Thom. in 3. p. q. 66. art. 1. in corp. ibi.*

In Sacramento Baptismi est tria considerare: aliquid scilicet, quod est Sacramentum tantum: aliquid autem, quod est res, & Sacramentum: aliquid vero, quod est res tantum, Sacramentum est aliquid visibile exterioris effectus, quod scilicet, est signum interioris effectus. Hoc enim pertinet ad rationem Sacramenti. Exterioris autem suppositum sensui est, & ipsa aqua, & ejus usus, qui est ablutio: Cum enim Sacramenta nove Legis sanctificationem, quamdam operentur, ibi perficitur Sacramentum, ubi perficitur sanctificatio, in aqua autem non perficitur sanctificatio, sed est ibi quadam sanctificationis virtus instrumentalis, non permanens, sed fluens in hominem, qui est vera sanctificationis subjectum: & ideo sanctum non perficitur in ipsa aqua, sed in applicatione aquae ad hominem, quae est ablutio: & ideo Magister in 3. D. 4. Sent. dicit, quod baptisimus est ablutio corporis exterior facta sub forma praescripta verborum. Res autem, & Sacramentum, est character baptismalis, qui est res significata per exteriorem ablutionem, & signum Sacramentale interioris sanctificationis, quae est res tantum hujus Sacramenti, scilicet, significata, & non significans.

400 Adulti rationis compotes salutem aeternam postulant consequi, vel in re suscipiendo baptismum aquae, vel baptismum sanguinis, seu martyrium: sicut suo sanguine fuerunt baptizati Sancti Innocentes, & alij. L. 4. tit. 4. p. 1. vel per baptismum flaminis, seu per votum baptismi, si non habeant copiam baptismi aquae: vel si credant bona fide, se esse baptizatos, cum vere non sint. *Trid. sess. 6. de Justif. cap. 4.* Possunt enim salutem consequi, actum contritionis eliciendo, in quo votum baptismi continetur. c. 4. b. t. c. 2. de Presbyter. non baptiz. c. 34. de Consec. D. 4. D. Thom. in 3. p. q. 66. art. 11. in corp. ibi: Eadem ratione aliquis per virtutem Spiritus Sancti consequitur effectum baptismi, non solum sine baptismi aquae, sed etiam sine baptismi sanguinis, in quantum, scilicet, alicujus cor per Spiritum Sanctum movetur ad credendum, & diligendum Deum, & poenitentium de peccatis: unde etiam dicitur baptismus poenitentiae. Parvuli vero cum non sint capaces voti baptismi, non aliter quam per martyrium, ut Innocentes fuerunt baptizati, vel baptismum aquae in re susceptum, possunt salutem aeternam consequi. c. 153. de Conf. D. 4. c. 3. b. t. *Trid. sess. 4. Decr. de Peccat. origin. n. 4. Et sess. 7. de Baptism. Can. 5.* Quia non aliter peccatum originale deletur. c. 37. de Consec. D. 4. Baptismus ergo flaminis est perfecta con-

tritio, vel amor Dei super omnia: attritio tamen non sufficit, etiam cum expresso voto baptismi, quia non justificat sine Sacramento, vel Martyrio. *Lacr. l. 6. p. 1. n. 244.*

401 Martyrium ex vi vocis significat testimonium, teste Nebriffensi, & Martyres idem sunt ac testes, & sic per excellentiam vocantur, qui mortem sunt passi in testimonium fidei Catholicae. Infantes suo modo confitentur Christum, non loquendo, sed moriendo, ut de Sanctis Innocentibus canit Ecclesia. Martyrium ergo est perpesio mortis, vel cruciatus lethalis pro Christi fide. Tria ad Martyrium requiruntur. 1. vel mors ipsa, vel saltem cruciatus illativus mortis: nam licet S. Joannes Evangelista non fuisset vere mortuus, quando in oleum fervens fuit immisus, cum per miraculum illatus evasisset, tamen vere Martyr fuit. 2. requiritur, quod mors, vel cruciatus, inferatur in odium fidei Christi, vel alicujus virtutis: nam si ob finem politicum inferatur, non erit Martyrium. 3. requiritur, quod perpesio mortis sit ob Christi fidem: nam Martyrem facit, non poena, sed causa, juxta S. August. & Cyprian. Et intelligitur inferri mortem ob fidem Christi, si inferatur propter opus, vel defensionem alicujus virtutis Christianae, sic S. Joannes Baptista fuit vere Martyr, licet non pro fide, sed pro adulterij reprehensione fuisset occisus. Similiter est Martyr Sacerdos, qui ideo occiditur, quia contra prohibitionem venit in Regnum infidelium, vel Hereticorum. Qui in obsequio pestiferorum ex charitate moriuntur, etiam si in rigore Martyres non essent, ut tenent plures, tamen saltem eos velut Martyres religiosa fides venerari consuevit, ut dicit Martyrol. 28. Februarij: quin & vere Martyres esse tenebantur. 12. Academiae. 13. Cardinales. 12. Episcopi. 264. DD. & 153. Scriptores cum Raynaud. tom. 18. de Martyr. per p. 3. & 4. Bonus Latio dicitur late Martyr ab August. in c. 34. de Consec. D. 4. cum mors non fuerit illi illata ob fidem, aut virtutis exercitium. Martyrium in adultis habet vim omnem culpam, & poenam remittendi ex privilegio, & veluti ex opere operato, etiam actu charitatis secluso, ut tenent Suar. Bellarm. Cajet. & alij contra Scot. Vazq. & alios. mens D. Thom. est dubia: nam Christus apud Matth. 10. v. 32. ait: Omnis, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor, & ego cum Patre meo, qui in Caelis est. Et v. 39. Qui perdidit ani-

maliam suam propter me, inveniet eam. In adultis ad valorem Martyrij requiritur acceptatio mortis pro Christo, non tamen requiritur voluntas actualis, sufficit virtualis: debet tamen esse honesta, non solum ex parte causae, propter quam mors inferitur, sed etiam ex parte motivi formalis, propter quod acceptatur. Martyr debet acceptare mortem, imitando Christum, qui inflat agni coram tondeute se, obmutuit; ideo Milites, qui se defendendo in favorem religionis occidunt, numquam, ut Martyres sunt ab Ecclesia habiti. In Justo non requiritur alia dispositio per se loquendo, quam mortis acceptatio; in peccatore requiritur, etiam poenitentia, seu supernaturalis dolor de peccatis, saltem virtualis. *Trid. sess. 14. c. 1. ac proinde, vel contritio, vel confessio debet adhiberi. Vid. Platel. p. 5. ex n. 149. Lacr. lib. 6. p. 1. ex n. 30.*

402 Baptismus, ut cetera Sacramenta, a Christo Domino fuit institutus. *Trid. sess. 7. de Sacram. in gener. Can. 1.* ante ipsius mortem: nam ante ejus passionem Apostoli baptizantur. *Joan. 3. v. 22.* & non est credibile, baptismi Joannis baptizasse. Et ante passionem fuit ministratum discipulis Eucharistiae Sacramentum, quod supponit baptismum, ut jannuam; nec est fundamentum, ut dicamus, Christum in hoc dispensasse. Fuit ergo institutus die, quo Christus in Jordane a Joanne baptizatus fuit. *SS. August. Amb. Hieron. Nazianz. & alij D. Thom. in 3. p. q. 66. art. 2. in corp. contra Scotum, & alios; & expresse habetur in L. 2. tit. 4. p. 1. ibi: Et fuit establido, quando N. S. Jesu Christo quiso ser baptizado de San Juan Bautista en el Rio Jordán.* Post Resurrectionem tamen fuit ejus forma solemniter publicata. *Matth. cap. fin. v. 19.* ibi: Euntes ergo docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. L. 3. tit. 4. p. 1. Et ejus necessitas indicata juxta D. Thom. in 3. p. q. 66. art. 2. in corp. ibi: Sed necessitas utendi hoc Sacramento indicata fuit hominibus post Passionem, & Resurrectionem; tum quia in passione Christi terminata sunt figurata Sacramenta, quibus succedit baptismus, & alia Sacramenta nove Legis; tum etiam, quia per baptismum configuratur homo Passioni, & Resurrectioni Christi, in quantum moritur peccato, & incipit novam justitiam viam, & ideo oportuit, Christum prius pati, & resurgere, quam hominibus indicaretur necessitas, se configurandi morti, & resurrectioni ejus.

403 Materia remota baptismi, est omnis, & sola aqua elementaris, seu na-

turalis, apta ad abluendum, etsi admixtione sulphuris, salis, vel aliorum mineralium; accidentaliter sit immutata. *Trid. sess. 7. de Bapt. Can. 2. Joan. 3. c. 5. b. t. L. 2. tit. 4. p. 1. D. Thom. in 3. p. q. 66. art. 3. in corp. ibi: Ex institutione Divina aqua est propria materia baptismi, & hoc conveniunt. r. 1. quidem, quantum ad ipsam rationem baptismi, qui est regeneratio in spiritualem vitam, quod maxime congruit aquae. Unde & semina, ex quibus negantur omnia viventia, scilicet planta, & animalia, humida sunt, & ad aquam pertinent, propter quod quidam Philosophi posuerunt aquam omnium rerum principium. 2. quantum ad effectus baptismi, quibus competunt, aqua proprietates, quae sua humiditate lavat. Ex quo conveniens est ad significandam, & causandam abluentionem peccatorum. Sua frigiditate etiam temperat superfluitatem caloris, & ex hoc competit, ad mitigandam concupiscentiam fontis, sua diaphanitate est luminis susceptiva: unde competit baptismi, in quantum est fidei Sacramentum. 3. Quia convenit ad representandam mysteria Christi quibus justificamur, ut enim dicit Christus Super illud Joan. 3. Nisi quis renatus fuerit, &c. Sicut in quodam sepulchro, in aqua submergentibus nobis capita, veteris homo sepelitur, & submersus deorsum, occultatur, & deinde novus rursus ascendit. 4. Quia ratione sua communitatis, & abundantiae est conveniens materia necessitati hujus Sacramenti. Potest enim ubique de facili haberi. Materia ergo apta est aqua fluminis, fontium, maris, pluviae, vel ex rore, pruina, glacie, grandine, vel nive eliquata. D. Thom. in 3. p. q. 66. art. 4. Materia dubia est jusculum, & livivium, cerevisia, & atramentum quando haec omnia valde tenuia sunt; ita ut rationem aquae retinere videantur, aqua expressa per distillationem ex herbis, arboribus, vite, & ex sale resoluta. Saliva non est materia apta. c. 5. b. t. nec sudor, lacty mae, jothum, lutum, brodium, vinum lymphatum, nix, grando, glacies non resolutae, atramentum crassum: quia nec nomen, nec usum aquae retinere videantur ex D. Thom. in 3. p. q. 66. art. 4. Suar. & comm. DD. cum Lacr. lib. 6. p. 1. ex n. 258.*

404 Materia proxima est ablutio juxta illud Apost. ad Ephes. 5. v. 26. mundans lavacro aquae; sive fiat per immersionem, vel infusionem, vel asperionem, & quidem unicum, vel triam juxta cunctaque Ecclesiae consuetudinem. c. 79. c. 82. de Conf. D. 4. D. Thom. in 3. p. q. 66. art. 7. & 8. Talis ablutio debet esse contactus

successivus cum illapſu aquæ procedens à baptizante, & receptus in baptizato, & debet immitti, ſi fieri poteſt, in caput baptizati, vel in alteram partem principalem v. g. in ſcapulis, vel humeros; nec ſufficit una, vel altera gutta. *L. 2. tit. 4. p. 1. ibi: E tan grande es la virtud de eſtas palabras, è del agua, que tañendo el cuerpo de fuera, lava el alma de dentro, è face ſeñal en ella.* In caſu tamen neceſſitatis in quacumque parte ſenſibili, etiam minima, & vel unius guttæ aſperſione debet baptizari, qui in tali neceſſitate eſt conſtitutus; ſed ceſſante periculo debet baptizatus ſub conditione repeti. *e. 2. h. t. ibi: De quibus dubium eſt, an baptizati fuerint, baptizantur his verbis præmiſſis: ſi baptizatus es, non te baptizo: ſed ſi non baptizatus es: Ego te baptizo.* Græci infantes totos ter mergunt in aquam calidam, teſte *Arcud. L. 1. cap. 7.* Infans cum nondum in lucem editus eſt, ſi aliqua ejus pars, v. g. pes, vel manus extra uterum exeat, poteſt in caſu neceſſitatis baptizari; imò in utero exiſtens, jam proximus partui, ſi non ſit ſpes, ut in lucem edatur, poteſt aqua per ſitulum, vel aliud instrumentum in uterum inſuſa baptizari. Sic contra *SS. Aug. Thom. Bonav. Anton. Ricard. & alios. Ex c. 115. de Conſecr. D. 4. & Miſſal Rom. tenent Viſtor Gabriel Laym. l. 5. tr. 3. c. 3. n. 2. Dian. Bonac. de Bapt. D. 2. q. 2. p. 3. n. 25. Pignat. tom. 1. conſult. 153. n. 6. Gonz. in c. 3. h. t. n. 7. Laer. l. 6. p. 1. ex n. 292.* Quod cum probabile ſit, debet infanti hoc modo ſuccurri, modo quo decenſius poſit. Si tamen in lucem poſtea edatur debet repeti baptizatus ſub conditione. *e. 2. h. t. & probari videtur ex c. 137. de Conſecr. D. 4. ibi: Quiſquis ex concupiſcentia carnis, & lege peccati, & mortis carnaliter generatur, regenerari ſpiritualiter opus habet, ut non ſolum ad Regnum Dei perducatur, verumetiam à peccati damnatione liberetur.* Ita videtur faciendum D. Benedic. XIV. de Synodo Dioceſ. L. 7. cap. 5. ubi DD. plures pro utraque Sententia citat, & fundamenta aſſert. * Et cum factus poſt animationem peccatum contraxerit originale, capax eſſe debet, ut illud deleatur per baptizatum, ſi aqua poſſit ad illum perſtingere: vel per martyrium ſi occidatur in odium Religionis. Nec obſtat. *Text. in c. 115. de Conſ. D. 4. ibi: Quia qui natus adhuc ſecundum Adam non eſt, renaſci ſecundum Chriſtum non poteſt: quia hoc, vel intelligitur, quod non poteſt baptizari cum matre, id eſt, mediante carne matris: vel potius dicendum eſt, quod loquitur de*

factu informi, & imperfecto ante animationem, ut videtur ibidem conſtare: Neque enim dici regeneratio in eo poterit, quem generatio non præceſſit. Nota, quod non dixit *maritas*, ſed generatio. *Gonz. in c. 3. h. t. n. 7.* Illicitum quidem eſt, infantem projicere in flumen, vel puteum, ita ut aquis ſuffocetur, etiam ſi ita projiciatur animo cum baptizandi, & etiam ſi alius moriturus ſit ſine baptiſmo: nam hæc actio ex ſe potius, quam ad abluentionem, tendit ad occiſionem infantis, quod ſemper illicitum eſt, nec ſunt faciendæ mala, ut eveniant bona. Sic *Laym. Dicat. Laer. l. 6. p. 1. n. 264.* Licet tamen eſſe, ſi mors non multum acceleretur, tenent *Suar. Vazq. Caſtrojal. & alij.* Imò etiam, ſi acceleratio futura eſſet magna juxta *Dianam p. 5. tit. 3. R. 8.* quia vita corporis debet cedere vite animæ. *e. 13. de Penit. & Remiſ. Si tamen ita immergatur, valet baptiſmus, poſitis forma, & intentione. Suar. in 3. p. D. 20. ſeſ. 3. Valent. Gonz. in c. 1. h. t. n. 3. Laer. l. 6. p. 1. n. 264. contra Sylv. Tolet. & alios.*

405 Forma baptiſmi in Eccleſia Latina hæc eſt: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Matth. cap. ſin. v. 19. e. 1. h. t. l. 3. tit. 4. p. 1.* Et ex conſuetudine additur, *Amen.* Eccleſia Græca ante Schiſma, approbante Latina, legitime hæc formam uſurpavit. *Baptizatur, vel Baptizetur ſeruus Chriſti, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* In forma baptiſmi debet exprimi, 1. Perſona baptizans, quæ ſatis ſignificatur per verbum *baptizo*, etiam omiſſo pronomine *Ego*. 2. Perſona baptizanda, quæ ſignificatur per particulam *Te*, ut ſic appareat diſtinctio inter baptizantem, & baptizatum: nemo enim ſe ipſum baptizare poteſt. *e. 4. h. t.* Quando perſona baptizantis, aut baptizati nullo modo ſignificatur, non valet baptiſmus. 3. Ipſa ablutio, quæ ut materia proxima, debet forma baptiſmi determinari. 4. Unitas Divinæ naturæ expra per *ly in nomine*; & Trinitas, quæ exprimitur, cum dicitur: *Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Et quidem tres perſonas, neceſſario exprimendas eſſe, deducitur ex verbis Chriſti, apud *Matth. cap. ſin. Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. e. 48. Apoſt. c. 81. de Conſecr. D. 4. D. Thom. in 3. p. q. 66. art. 5. in corp. ibi: Oportet, quod in forma baptiſmi exprimaturs cauſa baptiſmi: eſt autem ejus duplex cauſa, una quidem principalis, à qua virtutem habet, quæ eſt Sancta Trinitas; alia autem instrumentalis, ſcilicet, Miniſter, qui tradit exterius Sacramentum, & idem*

oportet in forma baptiſmi de utraque fieri mentionem. *Miniſter autem tangitur, cum dicitur: Ego te baptizo, cauſa autem principalis, cum dicitur, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Quando in *Aſt. Apoſt. 2. v. 38. & alibi. Et c. 24. D. 4.* dicitur, aliquos eſſe baptizatos in nomine Jeſu-Chriſti, non eſt credendum, fuiſſe omiſſas S. Trinitatis perſonas, ſed nomen Chriſti additum eſſe loco filij, non omiſſis alijs perſonis: vel dicendum eſt, authoritatem Chriſti, & ſub forma ab ipſo inſtituta eſſe baptizatos, & hoc tantum volunt. *SS. Patres, & Pontif. Nicolaus in c. 24. de Conſecr. D. 4.* vel ſi aliud voluit dicitur Nicolaus locutus fuit, ut Doctör privatus. Non valet baptiſmus ſub his formis. *Baptizo te in nominibus Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*, quia multiplicatur natura ſeu Eſſentia Divina: vel *baptizo te in Patre, & Filio, vel cum Patre, &c. vel per Patrem, vel in nomine Patris per Filium in Spiritu Sancto*: quia vel ſignificatur diverſitas Eſſentia, aut certe non ſatis exprimitur unitas. *Vel baptizo te in nomine Dei, vel SS. Trinitatis: vel in nomine Trium perſonarum: vel Patris, & Filij omiſſo Spiritu Sancto*; quia non exprimitur diſtincte tres perſonæ. Dubius eſt baptiſmus ſub his formis. *Baptizo te in nomine Genitoris, Geniti, & Soñrati; vel in nomine Omnipotentis Sapientis, & Boni*: quia non ſatis explicatur Trinitas vocabiſus, quibus à fidelibus debet, & poteſt apprehendi: *Vel baptizo te in nomine Patris, in nomine Filij, in nomine Spiritus Sancti*: Vel *baptizo te in nomine Patris, baptizo te in nomine Filij, &c.* quia non ſatis exprimitur unitas Eſſentia. Quidquid autem formam ſubſtantialiter immutat, annullat baptiſmum; ſecus ſi tantum accidentaliter. Hinc *Alex. VIII. die 8. Decemb. 1690.* damnavit hæc propoſitionem 27. *Valuit aliquando baptiſmus ſub hæc forma collatus, in nomine Patris, &c. peetermiſiſ illis, ego te baptizo.* Si omittatur: *Ego, & amen*, valet baptiſmus. Similiter valet, quando baptizans dicit: *ablavo, vel mergo*, vel pro *te* uritur communi nomine Græcorum, vel proprio: *vel baptizo Petrum, vel dominationem veſtram.* Si quis hoc modo baptizet: *In nomine Patris, Filij, & Spiritus Sancti, & Marie Virginis*: ſolum invocando Mariam, ut coadjutricem gratiæ impetrandæ, non vero eo modo, quo invocatur Trinitas, valet baptiſmus, cum ſit mutatio tantum accidentaliter. Ad baptiſmi valorem ſufficit, ſi ablutio, quæ eſt materia proxima, & forma moraliter conjungantur, id eſt,

ſecundum humanum modum agendi, & loquendi, etiam ſi phyſice una alteri ſuccedit. *Suar. in 3. p. D. 2. ſeſ. 2. Vazq. in 3. p. D. 148.*

406 Præter materiam, & formam requiritur in Miniſtro ad baptiſmi valorem intentio, ſaltem virtualis baptizandi, ſeu faciendi Sacramentum, ſeu faciendi, quod facit Eccleſia: quia ſensu verborum debet ab ipſo determinari: alias non eſſet actio rationalis, & humana, ut conſtat ex *Trid. ſeſ. 6. de Sacramentis in genere. Can. 11. ibi: Si quis dixerit in Miniſtris dum ſacramentum aſſumitur, & conferunt, non requiri intentionem ſaltem faciendi, quod facit Eccleſia, anathema ſit, & ideo Alex. VIII. hæc propoſitionem quæ eſt 28. damnavit: *Valet baptiſmus collatus à Miniſtro, qui omnem ritum externum, formamque baptizandi obſervat, intus vero in corde ſuo apud ſe reſolvit: non intendo, quod facit Eccleſia.* Valide conſert baptiſmum, etiam extra neceſſitatem, quicumque homo viator, vir, vel foemina, Clericus, vel Laicus, vel Hæreticus, vel Judæus, vel quicumque alius, etiam non baptizatus. *Trid. ſeſ. 7. de Bapt. Can. 4. l. 5. tit. 4. p. 1. D. Thom. in 3. p. q. 67. art. 3. 4. & 5. Bellarm. lib. 1. de Bapt. cap. 7.* Ubi reſciſſit Calvinum aſſerentem, eſſe nullum baptiſmum à Miniſtro Eccleſiaſtico non collatum: nam ut dicitur in *c. 48. de Conſecr. D. 4. Cum tantum valet baptiſmus per hominem contentibilem, quantum per Apoſtolum datus; ita nec illius, ſed Chriſti eſſe cognoſcunt.* Baptizans quidem debet perſonaliter diſtingui à baptizato, ſiquidem nullus poteſt ſe ipſum baptizare, quacumque neceſſitate, vel periculo inſtante, & ideo *Innoc. III. in c. 4. h. t.* declarat de novo eſſe baptizandum quemdam Judæum, qui in mortis articulo conſtitutus, cum inter Judæos tantum exiſtente, in aquam ſe ipſum immerſit dicendo: *Ego me baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. L. 3. tit. 4. p. 1.* ubi exemplo Chriſti comprobatur, nullum ſe ipſum poſſe baptizare. Miniſter ordinarius, quando nulla eſt neceſſitas, eſt Parochus, qui ſit Sacerdos. Item Epicoſopus ejus ſuperior, & quidem illius domicilij, ubi baptizandus degit, niſi aliud conſuetudine ſit introductum. *Barboſ. de Offic. Paroc. c. 18. num. 7.* vel alius Sacerdos de commiſſione Parochi, etiam ſine aliqua neceſſitate: vel etiam Diaconus; ſed non aliter, quam in deſectu Præbyterorum. *L. 8. tit. 4. p. 1. D. Thom. in 3. p. q. 67. art. 1. ad 3.* Ad baptiſmum unicus ſufficit Miniſter, poſ-*

possunt tamen plures esse Ministri, si quilibet, ut ab alio independens, ponat materiam, & formam; secus tamen si unus materiam, alter ponat formam. Si aliquis adultus infidelis est baptizandus, si commode fieri potest, ad Episcopum deferatur, ut si placuerit solemniter ab eo baptismus conferatur: alioquin Parochus domicilij, in quo degit infidelis, baptizat statuta ceremonia: quia jam ratione intentionis censetur esse de illius foro. *Ritual. Roman. Rubr. de Bapt. §. 3. S. Congr. 21. Febr. 1688.* Ubi non sunt Episcopi, possunt Missionarij, etiam extra necessitatem solemniter baptizare ex privilegio. In casu necessitatis quilibet potest alium baptizare, etiam Pater suum Filium, quin ex hoc aliquid impedimentum cum sua uxore contrahat. *L. 8. tit. 4. p. 1.*

407 Subjectum capax baptismi, est solus homo vivus ab Adamo descendens, & nondum baptizatus. Parvuli valide, & fructuose baptizantur, contra Anabaptistas, & alios Hæreticos. *Trid. sess. 7. Can. 12. & seqq.* Sicut in Lege Moylis circumcidebantur, quia cum in ipsa conceptione, originale peccatum contrahant, etiam baptismi, per quem deletur, debent esse capaces, ne sit major vis culpa, quam gratia, & sicut per Adam damnationem incurserunt nascendo, ita per Christum salutem consequantur, renascendo. *D. Thom. in 3. p. q. 68. art. 9.* Debentque parentes, & quidem sub gravi, non diutius differre baptismum filiorum, pro quo consuetudo, & Constitutiones Synodales usque Diocesis sunt consulendæ: expedit enim, ut pueri baptizentur, ut à pueritia nutriti in vita Christiana firmius in ea perseverent; adulti valide conferuntur baptismus, si ipsi, positive velint, licite, & cum fructu si rite sint dispositi per fidem, spem, & propositum præcepta servandi; & si habeant peccata actualia insuper debent habere poenitentiam, seu dolorem saltem attritionis supernaturalis, juxta illud D. Petri: *Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum. Act. Apost. 2. v. 38. Trid. sess. 6. Can. 3.* Nec enim æquum erat, ut qui propria voluntate Deum offenderat, absque dolore, & retractione peccatorum, recipiatur in ejus amicitiam. In adultis solum originale habentibus, solum requiritur fides, spes, & propositum servandi præcepta, nulla tamen poenitentia requiritur, quia hæc solum respicit actualia, propria voluntate, commissa. *D. Thom. in 3. p. q. 68. art. 4. 6. & 7.* Quod clarè constat ex

August. in cap. 77. de Consecrat. D. 4. ibi: Cum pro parvulis, alij respondent, ut impleatur erga eos celebratio Sacramenti, valet utique ad eorum consecrationem, qui ipsi respondere non possunt; ac si pro eo, qui respondere potest, alius respondeat, non itidem valet. L. 6. tit. 4. p. 1. ubi dicitur, quod adulti debent credere, & respondere: secus parvuli: Nam hi in fide parvulorum salvantur; quippe fides unius, imò totius Ecclesiæ parvulo prodest per operationem Spiritus Sancti, qui unit Ecclesiæ, & bona unius alteri communicat. *D. Thom. in 3. p. q. 68. art. 9. ad 2. & 3.* Ut adultus valide baptizetur, requiritur, quod habeat intentionem, saltem habituales, ac proinde non sufficit, quod careat contraria intentione. Probabile est sufficere intentionem habituales impliciter contentam in contritione, vel attritione, qua quis generatim desiderat, sibi media ad salutem necessaria adhiberi. Et de adultis intelligitur, quod dicit Christus apud *Matth. c. fin. Euntes erga docete omnes gentes baptizantes eos, &c.* Et *Marc. cap. fin. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit.* Si quis absolute nolens baptizetur, non valet baptismus: Si verò per metum quis baptizetur cum tali casu non desit voluntas; nam voluntas coacta, voluntas est. *L. 21. §. 5. ff. Quod metus causa.* Valet baptismus. *c. 3. h. t.* Et sic baptizatus ad Legis observantiam est compellendus. *c. 5. D. 45. ibi: Non enim tales invitati salvandi sunt, sed volentes, ut integra sit forma justitiæ: sicut enim homo proprii arbitrij voluntate, serpenti obediens perijt, sic vocante se gratia Dei proprie mentis conversione homo quisque credendo salvatur, qui autem jam pridem ad Christianitatem coacti sunt venire, oportet, ut fidem, quam vi, vel necessitate susceperunt, tenere cogantur, ne nomen Domini blasphemetur.* Sifebutus Rex Hispaniæ Judæos coegit, ut baptizarentur, cujus zelus laudatur, non verò factum in *c. 5. D. 45. c. 3. §. fin. h. t.* Amens, qui nunquam usum rationis habuit, sicut infans in fide Ecclesiæ potest baptizari. *c. 7. 26. q. 6.* Si aliquando habuit usum rationis, & antequam in amensiam, furorēve incidisset, petijt baptismum, cum in ea voluntate perseverare credatur, baptizari valet. *c. 3. §. h. t.* Si renuit, vel non petijt, cum desit consensus actualis, saltem moraliter perseverans, nequit baptizari. Si quis compos rationis voluit baptizari, sed postea impos nolit, vel actum contradicat, baptizatur valide. *D. Thom. in 3. p. q. 68. art. 12.*

Filij

408 Filij infidelium, etiam invitati parentibus, baptizari valent, quando ipsi filij sunt mentis compotes, & petunt baptismum, quia quoad hoc sunt sui juris, sicut & ad matrimonium contrahendum. Si sint infantes, semper valide baptizantur, quia non baptizantur in fide, vel voluntate parentis, sed tantum Ecclesiæ. *D. Thom. in 3. p. q. 68. art. 9.* Illicite tamen, si uterque parens invitatus sit, etiam si parentes sint sub Principis Christiani potestate civili. Nam si filius ipsis parentibus relinquitur, perversionis periculo exponitur; si auferatur, privantur parentes jure suo contra naturalem justitiam. *D. Thom. 2. 2. q. 10. art. 12. & in 3. p. q. 68. art. 10.* Possunt tamen licite baptizari. 1. si vel mater consentiat, etiam patre invito, quia ob Religionis favorem ejus pia voluntas impia patris voluntati præfertur. 2. etiam utroque invito, si filij sint in periculo mortis, quia tunc charitatis præceptum instat, & læsio juris patriæ potestatis est levis. 3. si nulla spes sit ut à parentibus, quocumque modo abstracti, ipsis restituantur. 4. si parentes sint mancipia alicujus Christiani; nam Dominica potestas absorbet patriam potestatem. Latè *D. Thom. 2. 2. q. 10. art. 12. & in 3. p. q. 86. art. 10. & alibi Suar. in 3. p. D. 25. sess. 3. Vazq. in 3. p. D. 155. Castropal. tr. 19. D. un. p. 6. Laer. lib. 6. p. 1. ex n. 298.* Filij Hæreticorum, qui verè sunt baptizati, possunt, invitati parentibus, baptizari: quia cum Hæretici sint Ecclesiæ subditi, possunt ab Ecclesiâ compelli pueros ad baptismum Catholicum deferre, quod si recusent, justè eis abstrahuntur, & baptizantur. *l. sym. lib. 5. tr. 2. c. 6. n. 10. & 11. Laer. lib. 6. p. 1. ex n. 297.*

409. *Monstrum*, de quo dubitatur, an homo, vel brutum sit, si partes principales, caput, videlicet, & pectus non referant hominis formam, non debet baptizari, nisi aliquantulum dubitetur, & inlet periculum mortis; nam tunc sub conditione sic baptizatur: *Si homo es, Ego te baptizo, &c.* Expedit tamen aliquantulum expectare, donec certius cognoscatur, an sit homo, vel non. *Monstrum* ex homine masculino, & bruto femella, debet sub conditione baptizari, quia probabiliter est homo: secus est, si procreatum sit ex bruto masculino, & muliere, quia certum videtur, quod non sit homo, cum omnes requirant ad hominis generationem semen viri. *Laer. lib. 6. p. 1. ex n. 294.* Si monstrum certè sit homo, sed duo capita habeat, & confiter, duos homines esse, quia v. g. uno ca-

pite dormiente, alterum vigilat, duo baptismi sint adhibendi. Si dubitetur, una pars absolute, & altera sub conditione debet baptizari: *Si non est baptizatus. Laym. lib. 5. tr. 2. c. 6. n. 13. Gonz. in c. 3. h. t. §. 1. n. 12. & alij.* Baptismus extra necessitatem non in domibus privatis, sed in Ecclesijs Parochialibus; ubi sunt fontes baptismales, solemniter conferri debet. *Cl. un. b. t.* Debetque aqua consecrata adhiberi simul cum reliquis caeremonijs Ecclesiasticis: nec licitum est, aliquas adhibere, omisis alijs. Si antea in necessitate fuit collatus baptismus sine solemnitate, postea debent caeremoniæ in Ecclesiâ suppleri, saltem sub veniali. Si tamen collatus deprehendatur, fuisse invalidum, non est necesse, caeremonias repetere, nec reuertuntur in Hæreticos conversos, ne plebs judicet, nos improbare eorum baptismum. Filij Regum, vel Principum domi suæ, possunt baptizari solemniter, caeremonijs Ecclesiæ adhibitis. *Clem. un. b. t.* Personæ valde illustres, ut Magnates Hispaniæ; & filij Catholicorum in Hæreticorum locis, possunt in domibus privatis solemniter baptizari, in quibus necessitas, periculum, & consuetudo debent attendi. *Laer. lib. 6. p. 1. ex n. 333.* In baptismis infantibus imponuntur nomina Sanctorum: v. g. Mariæ, Petri, &c. Quod valde pium est, licet non sit præceptum. Non tamen expedit nomen Ethnicorum imponere, nec nomina antiqui Testamenti, quia alicquem offensionem infert nomini Christiano: in aliquibus locis, ut inter Perlas, & Armenos solum audimus nomina Abrahami, Davidis, Eliæ, &c.

410 Baptismus valide collatus tollit non solum peccatum originale, sed omnia actualia mortalia, & venialia. *Ezech. 36. v. 25. Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. c. 3. c. 133. c. 136 de Consecr. D. 4. c. 1. de Sum. Trin. Cl. un. eod. c. 3. h. t. L. 5. tit. 4. p. 1.* Et ex symbolo fidei constat, *Confiteor unum baptismum in remissionem peccatorum.* Et simul cum culpa, totum auferret reatum poenæ. *Ex Conc. Flor.* ubi de baptismis agerentur, baptizatis nullam pro peccatis præteritis injungendam esse satisfactionem, sed morientes antequam culpam committant, statim ad Coelum ascensuros. *L. 5. tit. 4. p. 1. & ibid. Greg. Lop. ideò Alex. VIII. hanc propositionem, quæ est 19. condemnavit: Homo debet agere toto vitæ tempore poenitentiam pro peccato originali; non tamen remittuntur in baptismis poenitentia hujus vitæ. Trid. sess. 5. Decr. de*

De Peccat. origin. n. 5. Semper baptismus gratiam producit, & quidem per se primam, cum sit Sacramentum regenerationis spiritualis: regeneratur autem spiritualiter per primam gratiam. Quando vero baptizatus per actum contritionis, aut amoris Dei super omnia, iustificatus est, tunc tantum producit secundam gratiam, seu augmentum gratiæ: sed hoc per accidens est. Etiam confert specialia auxilia ad ferendum suavitè jugum Christi; tamen dupliciter potest impediri baptismi effectus. 1. positivè per affectum ad peccatum. 2. negativè per defectum debitæ dispositionis supradictæ, sed hoc remoto obice, reviviscit baptismus validè collatus, gratiam sanctificantem, & virtutes ipsius ei annexas confert, directèque remittit omnia mortalia præcedentia sui validam collationem, cum ad eorum remissionem ordinetur, sequentia verò tantum indirectè remittit, quatenus priora remittit per gratiam aequè omnibus repugnantem, quæ non potest unum mortale deletere sine alijs. *c. 42. de Consecr. D. 4. L. 5. tit. 4. p. 1. ibi: A tal como este, maguer sea baptizado, non se le perdonan los pecados por el baptismo, fueras ende, quando tuelle aquel engaño de su corazon. D. Thom. Suar. Lug. & alij, contra Gabr. Vazq. & alios apud Platel. p. 5. ex n. 22. 7. ubi plura notatu digna afferuntur. Sane, baptismus characterem imprimi indelebile animæ. *c. 3. c. fin. b. t. sicut consummatio, & Ordo: ac proinde reiterari nequit. Trid. sess. 7. de Sacram. in gen. Can. 9. L. 3. tit. 4. p. 1. nisi in prima collatione aliquid essentielle defuisset, vel si dubitetur, an sit collatus: quando dubitatur, an ritè sit collatus: tunc debet repeti hoc modo: Si baptizatus es, non te baptizo: Si non es baptizatus. Ego te baptizo, &c. *c. 2. b. t. L. 3. tit. 4. p. 1.***

411 Baptizati ab Hæreticis, etiam Calvinistis, si aliunde non adit probabile dubium invaliditatis baptismi, non sunt sub conditione baptizandi. *c. 48. de Consecr. D. 4. & constat ex Trid. sess. 7. de Baptism. Can. 4. Si quis dixerit, baptismum, qui etiam datur ab Hæreticis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia, non esse verum baptismum: anathema sit. Filij parentum fidelium inter fideles educati, etiam non certò de ipsorum baptismò constat, præsumuntur baptizati, nec sunt rebaptizandi, nisi evidentissimis constet argumentis contrarium. *c. 2. c. fin. de Presb. non bapt. Filij tamen infidelium, ubi infideles permittuntur, etiam inter fideles educati, non præsumuntur**

baptizati, nisi baptismus probetur. *Dian. p. 4. tr. 8. ref. 113. Canter. & alij. Baptizatus ab obsterice in necessitate, si non sit aliquod rationabile dubium de aliquo substantiali defectu: quod Parochus examinare curabit, non est rebaptizandus: in Ecclesia tamen suppletur baptismi solemnitates. *Cath. Rom. S. Pij V. Bapt. p. 2. c. 2. n. 43. Obsterices sub gravi teneri licet modum baptizandi, docent D. Ant. Enrig. & alij: probabiliter etiam à peccato excusantur. Parochos etiam mortaliter peccare, si obsterices non examinent, an rectè sciant baptizare, tenet Gobat apud Lacr. lib. 6. p. 1. n. 270. Infantes expositi regulariter sunt rebaptizandi sub conditione, etiam si inventum cum fale apposito, vel cum scheda testante, baptismum esse. *Lacr. lib. 6. p. 1. n. 318.***

412 Nunc aliquid de *Patrinorum* officio dicere oportet. Duplex est munus Patrini. 1. baptismum in baptismo tenere, & ex eo levare. 2. puerum in fide instruere, & in via Domini dirigere; & ideò appellantur à SS. Patribus *Patrini*. *c. 100. de Consecr. D. 4. Susceptores. c. 105. de Consecr. D. 4. Compadres, fideles, sponsores, Fidei Doctores, & pedagogi spirituales. D. Thom. in 3. p. q. 67. art. 7. in corp. ibi: Spirituales regeneratio, qua fit per baptismum assimilatur, quodammodo generationi carnali: Undè dicitur 1. Petri 2. Sicut modo geniti infantes rationabiles, & sine dolo lac concupiscite. In generatione autem carnali parvulus nuper natus indiget nutrice, & pedagogo: andè & in spirituali generatione baptismi requiritur aliquis, qui fungatur vice nutricis, & pedagogi, informando, & instruendo eum, quasi novitium in fide de his, quæ pertinent ad fidem, & vitam christianam: & ideò requiritur, quod aliquis suscipiat baptismum de sacro fonte, quasi in suam instructionem, & tutelam. Et hoc est, quod Dion. dicit. ult. cap. Eccles. Hierar. Divinis nostris Ducibus (id est, Apostolis) ad mentem venit, & visum est, suscipere infantes, secundum istum sanctum modum, quod naturales pueri parentes traderent puerum cuidam docto in Divinis pedagogo, & reliquum, sub ipso puer ageret, sicut sub Divino Patre, & salvationis sancti susceptore. Et licet hæc obligatio gravis sit, ab ea excusantur patrini, si credant, puerum à suis parentibus, vel Magistris, ut communiter inter Catholicos fit, instruendum esse diligentè. *D. Thom. in 3. p. q. 67. art. 8. in corp. Potest esse patrinus, quicumque fidelis rationis compos, nullo facto discrimine sexus, vel ætatis, etiam puer**

De Presbytero non baptizato.

413 Licet per flaminis baptismum fiat homo membrum Christi per conjunctionem internam, necessarius tamen est baptismus fluminis, quoad conjunctionem externam per hoc signum sensibile, ut ad cætera Sacramenta, & bona Ecclesiæ communia jus adquiratur, ita ut sit cæterorum Sacramentorum fundamentum, & prima janua ad Ecclesiam. *c. fin. b. t. c. 2. de Cognat. Spirit. in 6. L. 10. tit. 4. p. 1. ibi: Entrada es el baptismo para llegar los omes à recibir los otros Sacramentos: Ca todo omne, que los quisiere aver, primero debe tomar el baptismo, que es assi como cimiento sobre que todos los otros Sacramentos deben estar. Hinc, qui baptismò non præcedente ordinatus est in Sacerdotem, etiam bona fide, ordo nullius valoris est, ac proinde baptizare debet prius, posteaque ordinari, si vult. *c. 1. c. fin. b. t. L. 10. tit. 4. p. 1. Si verò nolit, Laicus manebit, validèque matrimonium contrahet: illicitè tamen, cum votum simplex caltitatis tacite videatur emisisse; arg. c. 12. de Convers. conjugator. Actus illi, qui ex divina institutione pendet ab Ordine, verè suscepto, ut consecratio, absolutio Sacramentalis, nulli, & irriti sunt. *Ba. bos. in c. 2. b. t. n. 2. Quia hoc nequit Ecclesia supplere. Trid. sess. 21. de Sacram. Euchar. cap. 2. ibi: Salva illorum subsantia. Alij verò actus, qui à Sacramento verè suscepto non dependent ex divina institutione: v. g. absolutionis Parochi in matrimonio, baptismus, & alia hujusmodi, ob bonum commune, ipsa Ecclesia supplet defectum, & ob errorem communem valent; arg. L. 3. ff. de Offic. Prator. de quo latè Sanchez. lib. 3. de Matr. D. 22. Quamvis primò tonsura, & Ordinum susceptionem, saltem sub veniali debeat Confirmatio præcedere. *Trid. sess. 23. de Ref. cap. 4. Lacr. lib. 6. p. 2. num. 223. Ordinatio tamen ejus, qui non est confirmatus validè est, nec aliquo jure irritatur.****



respectu adulti, etiam foemina respectu viri; decet tamen foeminam esse matrinam foemina, virum esse patrinum viri. *c. 105. de Consecr. D. 4. c. 1. b. t. in 6. Et quidem potest quis non solum per se ipsum, sed per Procuratorem munus patrini exercere, sic telante communi praxi: tuncque contrahet cognationem ille, qui per Procuratorem levatur, & tenet moraliter, licet non physice, non verò ipse Procurator, qui non suo, sed nomine alieno est patrinus: nam qui facit per alium est perinde, ac si faciat per se ipsum. *c. 72. de Reg. jur. in 6. Sicut potest quis per Procuratorem matrimonium contrahere, c. fin. de Procur. in 6. Bald. Alciat. Gaeta. Barb. de Offic. Episc. alleg. 30. n. 50. Ponce de Matr. l. 7. c. 39. n. 10. Laym. & alij, contra Joan. And. Cov. Sanchez. l. 7. D. 59. n. 4. & 12. Gonz. in c. fin. h. t. n. 9. in fin. qui dicunt, à neutro cognationem contrahi. Si nomine communis assignetur Procurator, ut patrinus, nec communitas ipsa, quia est persona ficta, & ex eo levare. 2. puerum in fide instruere, & in via Domini dirigere; & ideò appellantur à SS. Patribus *Patrini*. *c. 100. de Consecr. D. 4. Susceptores. c. 105. de Consecr. D. 4. Compadres, fideles, sponsores, Fidei Doctores, & pedagogi spirituales. D. Thom. in 3. p. q. 67. art. 7. in corp. ibi: Spirituales regeneratio, qua fit per baptismum assimilatur, quodammodo generationi carnali: Undè dicitur 1. Petri 2. Sicut modo geniti infantes rationabiles, & sine dolo lac concupiscite. In generatione autem carnali parvulus nuper natus indiget nutrice, & pedagogo: andè & in spirituali generatione baptismi requiritur aliquis, qui fungatur vice nutricis, & pedagogi, informando, & instruendo eum, quasi novitium in fide de his, quæ pertinent ad fidem, & vitam christianam: & ideò requiritur, quod aliquis suscipiat baptismum de sacro fonte, quasi in suam instructionem, & tutelam. Et hoc est, quod Dion. dicit. ult. cap. Eccles. Hierar. Divinis nostris Ducibus (id est, Apostolis) ad mentem venit, & visum est, suscipere infantes, secundum istum sanctum modum, quod naturales pueri parentes traderent puerum cuidam docto in Divinis pedagogo, & reliquum, sub ipso puer ageret, sicut sub Divino Patre, & salvationis sancti susceptore. Et licet hæc obligatio gravis sit, ab ea excusantur patrini, si credant, puerum à suis parentibus, vel Magistris, ut communiter inter Catholicos fit, instruendum esse diligentè. *D. Thom. in 3. p. q. 67. art. 8. in corp. Potest esse patrinus, quicumque fidelis rationis compos, nullo facto discrimine sexus, vel ætatis, etiam puer****

TIT. XLIV.

De Custodia Eucharistia, Chrismatis, & aliorum Sacramentorum.

414 **O**LIM ob Gentilium persecutiones, etiam homines privati in suis domibus Eucharistiam servabant, ut singulis diebus, prout tunc moris erat, possent communicare: imò ori, vel pectori defunctorum imposita cum ipsis contempeliebatur, ad fugandos Demones ab eorum sepulchris. Sed postea statutum est, ut solum in Ecclesia Eucharistia aservetur. *c. 1. b. t.* Et merito: tum ut possit petentibus præcipuè infirmis ministrari; tum ut fideles semper Christum præsentem habeant, iuxta illud *Christi D. Ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi. Matth. c. fin. v. fin. Et in Trid. sess. 13. de Euch. c. 6. anathematizatur, qui dixerit non licere. S. Eucharistiam in Sacratio reservari, sed statim post consecrationem adstantibus necessario distribuendam; aut non licere, ut illa ad infirmos honorificè deferatur. Qui non ex simplicitate, sed ex malicia, & malo fine retinet apud se Eucharistiam, cum hoc abusu male sentire de Sacramento censeatur, solet à S. Inquisitione puniri. Etiam Inquisitores procedunt contra sumentes in communione plures hostias, vel particulas. *Dian. in Sum. V. Inquisit. n. 91.* Quod si aliquis uteretur in sortilegijs S. Eucharistia Sacramento, tradendus esset Curiaæ Seculari. *Dian. n. 161.* Eucharistia debet servari pro infirmis in Parochijs. *c. 93. de Consecr. D. 2. l. 60. tit. 4. p. 1.* Et in Monasterijs, quæ respectu Regularium Parochia censentur. *Pellizar. Man. Reg. tr. 3. cap. 6. n. 1. & 2.* in Monasterijs Monialium debet servari, non intra Chorum, vel septa Monasterij, sed in Ecclesia publica. *Trid. sess. 25. de Regul. cap. 10.* In Cathedralibus etiam debet servari, sed extra Altare majus in alia Cappella decente, ut est declaratum *die 16. Maji 1708.* Non potest servari Eucharistia in conservatorijs mulierum, in Grangijs, seu domibus ruralibus Regularium. *Hispani: Granjas, d. Estancias.* In Collegiatis non Parochialibus, nec in alijs Ecclesijs, quæ non sunt Parochia non potest servari, nisi de Privilegio Apostolico: nec sufficit licen-*

tia Episcopi. *c. 23. S. Tanta, de Consecr. D. 2.* Eucharistia debet in Tabernaculo in medio Altaris collocato aservari, & quidem in Ciborio, seu pyxide benedicta, argentea, & inaurata super Altari Viatico seu Ara, vel saltem super corporali; & quidem eam sub clavi, & fideli custodia debet servare Parochus, Rector, vel Sacerdos, ad quem pertinet cura Ecclesiarum; nunquam tamen Moniales, nec Laici, etiam si Patroni sint. *Si verò is ad quem spectant custodia eam incaute reliquerit tribus mensibus ab officio suspendatur, & si per ejus incuriam aliquid nefandum in eum contigerit, graviori subiacet ultioni. c. 1. b. t. c. 10. de Celeb. Missarum. L. 60. tit. 4. p. 1.* In feria 5. Coenæ Domini ex generali Hispaniæ consuetudine Laici nobiliores solent servare clavem Sacrarij, quod non est improbatum. *Pignat. tom. 6. conf. 87. n. 9. & 10.* Debetque saltem singulis hebdomadis renovari Eucharistia, antequam species corumpantur, etiam tempore Interdicti potest Missa celebrari, ut fiat hæc renovatio (sed non pulsatis campanis) voce submissa januis clausis, & interdictis exclusis. *c. 57 de Stat. Excom.* Et etiam in Ecclesia specialitè interdicta. Vasa, vestimenta, & ornamenta sacra debent esse munda, & nitida; arg. *c. 41. c. 43. de Consecr. D. 1.* quia fordes, quæ in profanis non tolerantur, non debent in sacris tolerari. Nec in Ecclesijs debent reponi bona profana, nisi tempore belli, vel incendij, vel alia necessitate. *c. fin. b. t. L. 64. tit. 4. p. 1.* Ante Eucharistia Altare generali Ecclesiarum usu debet ardere die, nocteque lampas, ut olim ante Arcanum Testamenti lucebat Candelabrum. *Exo. 25. v. 37.* ut fideles moneantur ibi esse lucem Mundi, candorem lucis æternæ, & ad venerationem ejus excitentur. *c. 10. de Celebr. Missar. L. 61. tit. 4. p. 1.* ibi: *Por dar à entender, que aquella Hostia que lleva, es lumbre verdadera, è durable.* Lampas debet conservari ex proventibus ad ipsas Ecclesias pertinentibus. *Trid. sess. 21. de Ref. cap. 7.* In his Indiarum Provincijs, quotquot lampades ante venerabile Sacramentum Eucharistia ardent, conservantur sumptibus nostrorum Catholicissimorum Regum: quod est suæ pietatis, & religionis monumentum perenne.

415 Eucharistia pro modum Viatici, à Parocho, vel ejus Vicario deferenda est ad infirmos, non ut eam adorent, si sumere non possunt, sed ut communicent; & quidem deferri debet habitu decenti, & superpelliceo induto, in vase argenteo, cooperto serico, præcedente lumine, & tin-

TIT. XLV.

De Reliquijs, & veneratione Sanctorum.

tininabulo sonante, & si fieri potest cum cantu, ut fideles genuflectant, & Christum adorent. *c. 10. de Celebr. Missar. L. 61. l. 62. tit. 4. p. 1.* Et licet Sacra Congregatio apud *Valens. b. t. n. 4.* respondisset, non esse deferendam per plateam ubi Judai inhabitant, hoc non habet locum in nostra Catholicissima Hispania, ubi nullus permittitur, qui non sit Catholicus: vel etiam si forte Gentiles alicubi habitent, ut in hac Civitate Sinæ Gentiles degunt, debent si Eucharistia obviam occurrant, vel sedere, vel genuflectere; alias puniuntur. *L. 63. tit. 4. p. 1. L. 2. tit. 1. lib. 1. R. C. & in l. 62.* jubet pijsimus Rex Alfonso, quod omnis obvians Eucharistia genuflectat, & eam comitetur, & in *L. 2. tit. 1. l. 1. R. C.* jubet Rex Joannes 1. quod omnes, etiam Rex, & Princeps ad hoc teneantur, ibi: *Mandamos, que todos seamos tenudos de lo acompañar fasta la Iglesia donde salido, y fincar los hinojos para le hacer reverencia, y estar así fasta que sea pasado, y que no nos podamos escurar por lodo, ni por polvo, ni por otra cosa alguna.* In his Indiarum partibus infirmi, quando commodè possunt in lecticis Hispani: *Famacas,* ad Ecclesiam deferuntur, ut ibi Eucharistiam, vel extremam unctionem suscipiant; quod ideo introductum est, quia alias difficile posset eis viaticum deferri, ob nimiam distantiam, ob maris, fluminum, & itinerum difficultatem, laborem, & periculum: & quia hæc continua absentia alijs indigentibus præjudicium pateret: cum sanè bonum commune particulari præponderare debeat. Quod etiam S. Ildorus Hispanensis Div. Benedictus. S. Turibius Limanus, & alij sanctitate, & doctrina præclari viri ex devotione humilitate, & reverentia fecerunt. Olim fideles solebant chrismate pro medela in suis infirmitatibus uti, vel potius abuti, cum, teste Cypriano, hæc unctio non mendicis corporibus sit instituta, sed virtute divina potentius operetur. Ideò chrisma, & oleum infirmorum, quæ in præsentis Rubrica latè appellantur Sacramenta, cum sint Sacramentalia, debent etiam sub fideli custodia, clavibus adhibitis, conservari, non quidem in Tabernaculo Eucharistia, sed in alio loco decenti in vase argenteo, vel stanneo, supposita inscriptione, vel aliquo signo denotante oleum, quod ibi aservatur, ne error, vel consilio in administratione contingat. *c. 1. b. t. L. 60. tit. 4. p. 1.*

416 **Q**uilibet potest virum, qui fama sanctitatis decersit, cultu privato, ut Sanctum venerari. *Saneb. in Decal. lib. 2. cap. 43. n. 4.* Minimè verò cultu publico. *c. fin. b. t.* Ac proinde nequit eum vocare publicè Sanctum, nec temple, vel altaria, in ejus honorem erigere, nec dies festos celebrare, nec ejus reliquias in Ecclesia publicè exponere venerationi, nec in Divino Officio, vel in Missa de eo facere commemorationem, nec in Littanijs invocare, nec ejus imaginem, præsertim cum radijs depictam, in Ecclesia, vel sacello ad venerationem proponere, nec in Martyrologio describere, nec ei tabellas miracula continentes appendere. *Barb. in C. fin. b. t. n. 5. Bellar. & alij.* Ut ergo talis cultus publicus liceat, est necesse, talem virum esse canonizatum, hoc est, in albo, seu numero Sanctorum solemniter, ac publicè per Pontificem descriptum pro universalis Ecclesia: seu beatificatum, hoc est, quod ejus cultus à Pontifice uni Regno, vel Religioni permittatur. Sanè Pontifex nequit errare in Canonizatione Sanctorum, quia hæc est pars quædam materia moralis, & valde necessaria, ut Ecclesia nullatenus erret in cultu, & adoratione Religionis: alius contingere posset, ut coleret hominem damnatum, & ad illum preces funderet, quod etiam contra puritatem, & sanctitatem esset Ecclesia: ac proinde non licet fidelibus de gloria Sancti canonizati dubitare. *Sic D. Thom. Cano. Bellarm. Suar. de Fide, D. 5. sect. 8. n. 8. & alij.*

417 **Ex Trid. sess. 25. in Decr. de Invocatione, & venerat. Sancti.** alijque Textibus, & DD. constat, quod jam à primævis Ecclesie temporibus incepti invocatio, cultus, & adoratio Angelorum, & Sanctorum, qui in Cælo cum Christo regnant, quod piè, utilitè, & sanctè usque ad nostra tempora conservatur, ipsosque sanctos tamquam intercessores, & advocatos assumimus ad impetranda beneficia à Deo per Filium ejus Jesu-Christum Dominum nostrum, qui solus noster Redemptor, & Salvator est, ad ipsorumque orationes, opem, & auxilium confugimus in nostris necessitatibus, ut constat *ex Trid. & alijs locis, & optime explicat Suar. lib. 1. de Orat. c. 10.* Sic etiam

apud Gentiles; hoc in umbra præcelsit. *Dij Patrij indignes & Romule, Vestique Mater, hinc saltem everso juvenem succurrere facto ne prohibet.* Cultus ergo in genere, quo aliquis colitur, potest quadrupliciter considerari. 1. est cultus, qui dicitur *Latria*, id est, *servitus*, & hic solum, & soli Deo præstatur, ob ejus increatam, & infinitam excellentiam. Christus etiam simili cultu adoratur. 2. *Hy perdulia*, quæ specialiter, & solum Deiparæ tribuitur. 3. *Dulia*, qua reliqui Sancti coluntur ob excellentiam supernaturalem creatam. 4. Potest intelligi cultus merè politicus consistens in quadam exteriori reverentia, quo Principes, aliasque personæ dignitate, vel aliqua excellentia naturali fulgentes honoramus. Sic in *Genes. 23. v. 7. Surrexit Abraham, & adoravit populum terræ, filios videlicet Hebræ. Et 3. Reg. cap. 1. v. 16. inclinavit se Bethsabee, & adoravit Regem.* Imagines etiam Sanctorum debent in Ecclesijs collocari, non tantum ad ornatum, sed etiam ad reverentiam, adorationem, & ut per se ad ipsos sanctos; Secundario ad ipsas reliquias. Nomine reliquiarum intelliguntur corpora Sanctorum, & qualibet ipsorum, aut ossum, vel carniæ particula, unguis, dentes, capilli, pulveres, & cineres, in quos sunt conversa: vestes, panni, & alia, quæ ipsos tetigere, vel ad eos pertinent; non tamen adoramur vermes, in quos sunt corpora Sanctorum conversa: quia tunc adoratio indecens est: nec in illis decenter apprehenditur Sanctus. *Sanch. in Decal. lib. 2. c. 43. n. 2.* Ut reliquiarum cultu privato veneretur, sufficit conjectura prudens, qua tales credantur. *Suar. in 3. p. q. 25. art. 6. D. 53. Sanch. in Dec. lib. 2. cap. 4. n. 13.* Reliquias de novo inventas nemo publicè potest venerari, nisi prius autoritate R. Pontificis fuerint approbatæ. *c. fin. b. t.* Quando tamen constat certò, reliquias de novo inventas esse alicujus Sancti jam canonizati, sufficit autoritas Episcopi, eas recognoscens, & approbantis juxta *Trid. sess. 25. in Decr. de Invoocat. & reliquijs Sanctorum.* Ad eas tamen approbandas debet consulere Theologos, & alios viros probos, & doctos, non tamen debet necessariò sequi illorum consilium; *arg. L. 77. §. 24. ff. de Legi. 2. & ibid. Gotbofr.* Si dubium grave suboriatur; in Concilio Provinciali juxta majorem suffragiorum partem decidatur. Reliquia semel approbatæ, si ad aliam Deccelim transferantur, solum ab Episcopo examinatur; an sint ipsæ reliquiarum in testimonio contentæ: & sic concedit licentiam, ut publicè venerationi exponantur. *Sanch. in Decal.*

runt veneremur: id quod Conciliorum præsentium verò secundæ Nicænæ Synodi Decretis contra imaginum oppugnatores est sancitum. *Trid. sess. 25. Decr. de Invoocat. & vener. Sanctorum.* De persecutoribus imaginam, qui Iconoclastæ, & Iconomachi dicebantur, latè agit in *Supplem. Moreri. Sic D. Thom. Suar. & alij.*

418 Reliquias equidem Sanctorum esse adorandas, est definitum in *Trid. sess. 25. in Decreto de Invoocat. venerat. & reliquijs Sanctorum. & alij Concilij.* Et habetur in *L. 65. tit. 4. p. 1.* Sic Hemorroyfa Christi fimbriam tetigit summa cum reverentia, & fuit sanata. *Matth. 9. ex v. 21.* Sic fideles venerabundi tangunt sudaria Pauli, & curantur. *Afor. 19. v. 12.* Et sic tenet ab initio, & tenet Ecclesia. Et meritò, siquidem corpora Sanctorum fuerunt Tempia Spiritus Sancti, organa sanctarum animarum, & instrumenta virtutum. Ac proinde debent coli eodem cultu, ac imagines Sanctorum; ita ut earum adoratio terminetur ad utrumque simul: primario, & per se ad ipsos sanctos; Secundario ad ipsas reliquias. Nomine reliquiarum intelliguntur corpora Sanctorum, & qualibet ipsorum, aut ossum, vel carniæ particula, unguis, dentes, capilli, pulveres, & cineres, in quos sunt conversa: vestes, panni, & alia, quæ ipsos tetigere, vel ad eos pertinent; non tamen adoramur vermes, in quos sunt corpora Sanctorum conversa: quia tunc adoratio indecens est: nec in illis decenter apprehenditur Sanctus. *Sanch. in Decal. lib. 2. c. 43. n. 2.* Ut reliquiarum cultu privato veneretur, sufficit conjectura prudens, qua tales credantur. *Suar. in 3. p. q. 25. art. 6. D. 53. Sanch. in Dec. lib. 2. cap. 4. n. 13.* Reliquias de novo inventas nemo publicè potest venerari, nisi prius autoritate R. Pontificis fuerint approbatæ. *c. fin. b. t.* Quando tamen constat certò, reliquias de novo inventas esse alicujus Sancti jam canonizati, sufficit autoritas Episcopi, eas recognoscens, & approbantis juxta *Trid. sess. 25. in Decr. de Invoocat. & reliquijs Sanctorum.* Ad eas tamen approbandas debet consulere Theologos, & alios viros probos, & doctos, non tamen debet necessariò sequi illorum consilium; *arg. L. 77. §. 24. ff. de Legi. 2. & ibid. Gotbofr.* Si dubium grave suboriatur; in Concilio Provinciali juxta majorem suffragiorum partem decidatur. Reliquia semel approbatæ, si ad aliam Deccelim transferantur, solum ab Episcopo examinatur; an sint ipsæ reliquiarum in testimonio contentæ: & sic concedit licentiam, ut publicè venerationi exponantur. *Sanch. in Decal.*

Decal. lib. 2. c. 43. n. 18. & postquam absolute, & sine conditione coli, etiam si dicatur corpus alicujus Sancti esse in locis diversis: nam de diversis Reliquijs ejusdem Sancti, vel de diversis Sanctis ejusdem nominis intelligendum est: nec in his rebus major certitudo requiritur. Et si fortè erretur, erit tantum materialis error, cum ratio formalis cultus sit sanctitas. Si dubium sit quænam ex varijs reliquijs veræ sint, vel falsæ, nullæ publicè adorantur, sed debent in loco decenti custodiri: nec quæ non sunt approbatæ possunt coli mixtæ cum approbatis, quia per talem mixtionem non fiunt alicujus Sancti. *Suar. in 3. p. D. 55. sess. 2. Sanch. in Decal. lib. 2. cap. 43. n. 12. & 19.* Non tamen est illicitum adorationi exponere Crucem varijs reliquijs non approbatis ornata: quippe tunc, non reliquia, sed Crux adoranda proponitur: vel si quis eas adoret erit per accidens, & pertinebit ad cultum privatum, & sic habet usum, ut contra *Bonac. tenet Dian. in Sum. V. Reliquie,* & addit, quod Princeps in bello non potest reliquias capere, & distrahare, Sancti licet irreverentiam irroget reliquijs, si quis eas habens, fornicetur, non tamen ex hoc sacrilegium committit, nec si amasie det reliquiam ex benevolentia: sacrilegium tamen esset si in solutionem peccati daret; nam res sacra fieret turpis lucri pretium. *Potestas tom. 1. p. 2. cap. 6.* circa recitationem de Reliquijs assert. *Lacr. lib. 6. p. 2. n. 2055.* sequentia Decr. S. Congeg. Rituum 185. officium sit duplex minus de illo Sancto, cujus habetur reliquia insignis, scilicet, caput, brachium, crus, vel ea pars corporis, in qua passus est Martyr, dummodò sit integra, & non parva, modo sit approbata, cujus ratione recitandum est symbolum in Missa 8. Aprilis 1628.— 186. Festum quod in aliqua Ecclesia celebratur ratione corporis, vel insignis Reliquiæ, non habet Octavam, nisi specialiter concedatur à Sede Apostolica 12. Aug. 1653.— 187. Qui recitat officium de Sancto, de quo habet insignem Reliquiam in propria Ecclesia, si celebret eo die in alia Ecclesia debet omittere: Credo. 2. Decemb. 1684.— 188. De Sancto, cujus habetur corpus, vel insignis Reliquia, non potest fieri officium, nisi constet de identitate, & nisi reperiat in Martyrologio Romano. Reliquia verò à locorum Ordinarijs approbatæ possunt exponi ad fidelium venerationem, 19. Octob. 1691. quod postea n. 2074. refert ad litteram, & est à Pontifice approbatum, ac proinde ubique observandum. Et cod. *lib. 6. p. 2. n. 379.* ait: non dicuntur insignes Re-

liquiæ maxilla, auris, digitus, imò nec pes secundum aliquos. Non est obligatio legendi Missam, vel officium de Sancto, cujus habetur insignis Reliquia, cum non dicatur, *debere*, sed tantum *posse* legi: potest tamen celebrari Missa, & officium de insignibus Reliquijs, etiam si sint ita mixtæ non approbatæ ut discere nequant. *Bonac. Trull. apud Lacr. n. 384.*

419 Qui furatur reliquias, si non sint in loco infidelium, committit sacrilegium: quia rem sacram furatur cum injuria Ecclesiæ; ubi sunt; sed quia ex imprudenti devotione, & sine malitiâ advertentia hoc solet fieri, excusatur regulariter à peccato, qui hoc facit. Ut ergo de una Ecclesia in aliam aliquæ transferantur reliquiarum, est necessaria, & sufficit Episcopi licentia, ut contra alios tenent. *Sanch. in Decal. lib. 2. cap. 43. num. 25. Faguan. in c. fin. b. t. n. 15. & alij.* ex justa tamen causa, & cum consensu majoris partis Capituli. *c. 37. de Consec. D. 1. arg. c. Placuit, §. 12. q. 2.* Si reliquiarum sunt perpetuæ traditæ sepultura, nequeant transferri sine Pontificis, vel Episcopi licentia. *c. 37. de Consec. D. 1.* Nisi aliqua necessitas: v. g. incendium immincat; nam tunc sufficit autoritas Præfidis Provinciæ. *L. 1. c. de Religios. & Sumpt.* Si verò nondum sint traditæ perpetuæ sepultura nullius autoritas est necessaria, ut in alium locum Religiosum transferantur. *L. 10. c. de Religios. & Sumpt. Sanch. in Decal. lib. 2. cap. 43. n. 25.* Reliquia Sanctorum dum Populo ostenduntur, non debent extrahi ex capsâ, vel loculo, ubi includuntur, ne Populus ab adoratione retrahatur, videns ossa denudata carnis, & pelle. Nec pro pretio loco ostendendæ nisi detur tamquam elemosyna, nec possunt pretio vendi, quia sunt rei spiritualis, scilicet animæ Sancti, annexæ. *c. fin. b. t. Barbof. & Gonz. ibid. L. 65. tit. 4. p. 1.* Ratione tamen argenti, vel auri, quibus ornantur, aliquid potest accipi: possunt tamen pretio, & pecunia redimi reliquiarum, quæ ab infidelibus possidentur. *arg. c. 28. de Simon.* Sic fideles tunicam Christi D. inconfutibilem pecunia ab infidelibus redemerunt. Non solum Clericis, sed etiam Laicis permittum est reliquias Sanctorum tangere, & secum ferre. Et Acolytis jam usu concessum est sacra reliquiarum vasa portare, dum hoc debita fiat reverentia. *Agnos* tamen cereos solum Subdiaconis tangere licet: quippe qui non solum sunt sacri, & benedicti, oratione Pontificia, sed insuper consecrantur oleo sacro, & chrismate, sicut, & Calices, usus tamen obtinuit, ut à Laicis imò, & à feminis reverenter tan-

gantur. *Sancti*. in Decal. lib. 2. cap. 43. n. 27. Materia, & Virtutes Agnorum his verbis explicantur. *Balsamus, & munda cera cum chrismanis unda. — Conscium Agnum, quod minus do tibi magnum. — Fosse velut natum, per mystica sanctificatum. — Fingura desursum depellit, & omne malignum — peccatum frangit, ut Christi sanguis, & angit — pragnans servatur simul, & partus liberatur. — Dona desert dignis, virtutem destruit ignis. — Portatus mundè, de stultibus eripit unda.* Circa Agnos Greg. XIII. in *Const. Omni.* sub excommunicatione ipso facto incurrenda, non tamen reservata, prohibet: *Ne quisquam Agnos Dei per Romanum Pontificem benedictos depingere, minio notare, vel aurum, aut colorem super inducere, neque depingi, aut miniari facere, nec illos venales proponere, seu tenere audeat.* Agnus Dei potius quam reliquia est sacra Dei imago, quia Christum Dominum mysticè representat. Sanè huiusmodi Agnus nil aliud est, quam cera alba à Pontifice benedicta, & à figura agni, quæ super ea imprimitur, Agnus nuncupatur, & singulis septenijs prædicti Agni benedictur. Et licet simonia sit eos carius vendere, quia benedicti sunt, tamen possunt vendi secundum materiam suam, & habita ratione pretij pro deportatione Roma huc. Non licet Agni ceræ benedictæ liquefactæ aliam non benedictam asfunderi, si tamen fiat, & quantitas ceræ benedictæ sit major, utraque erit benedicta. *Lacr. lib. 6. p. 1. ex num. 222. Potestas, tom. 1. p. 2. cap. 6. Dian. & alij.*

420 Sanctorum beatificatio, & canonizatio privative ad Pontificem spectat. *c. 1. h. t. ibid. Barbof. & Gonz. L. 65. tit. 4. p. 1. ibi: Santos canonizados, que quiere tanto decir, como otorgados por Santos, è esto non puede otro facer, sino la Santa Iglesia de Roma.* Quia est una ex majoribus Ecclesiæ causis, ac proinde Pontificis debet reservari iudicio. *c. 3. de Baptism.* Minime verò possunt Episcopi, nec pro suis Diocesis: nec Legati à latere, nec alij, etiam ex commissione Papæ canonizare, nec Concilium Generale sine Pontifice. *Barbof. in c. 1. h. t. n. 7. & 8. cum alijs.* Sed semper, etiam antiquitus, fuit necessaria autoritas Pontificis, saltem tacite canonizantis cum, quem vox Populi Sanctum clamabat. Hinc *Alex. III. in c. 1. h. t.* reprehendit quosdam, qui diabolica fraude decepti, hominem quemdam in potatione, & ebrietate occisum, quasi Sanctum more infidelium, venerabantur; & addit, *cum etiam per eum miracula plurima fierent, non liceret vobis*

pro Sancto absque autoritate Romana Ecclesiæ, eum publice venerari. Beatificatio tamen in primis Ecclesiæ secularis, ab Episcopo fiebat, sed postea eam sibi Pontifex reservavit. *Gonz. in c. 1. h. t. n. 7. & 8.* Et quidem olim canonizatio consistebat in eo, quod nomen canonizandi in Sacris Diptychis, seu Canone, vel Catalogo Sanctorum poneretur, ejus corpus à primo sepulchro educeretur, & Ecclesiæ suo nomini dedicabatur. Prima canonizatio facta à Pontifice solemniter fuit S. Ulderici Episcopi Augustæ facta à *Joan. XV. die 11. Jun. An. 983.* Etiam apud Gentiles Apotheosis fuit harum canonizationum umbra, siquidem erat consecratio, seu relatio alicujus in Deum. Et sic quidam Augustum alloquens, ait: *Tarda sit illa dies, & nostro senior ævo, qua caput Augustum, quem temperat orbe relicto: accedat celo, foveatque precantibus absens.* Ut enim aliquis sit Sanctus apud Deum sufficit sola vitæ sanctitas; juxta illud *Apost. 2. v. 10. Esto fidelis usque ad mortem; & dabo tibi coronam vitæ. l. 66. tit. 4. p. 1. Santo, tanto quiere decir, como cosa firmada en bien, è esta afirmanza se entienda señaladamente por la fe que ovieren, è por las buenas obras que ficieren en ella, porque se allegaron à firme estado de gloria, que non se puede mudar.* Ut tamen solemniter in Ecclesiæ aliquis pro Sancto habeatur, ultra sanctitatem vitæ, miracula requiruntur, quatenus signa, & testimonium sunt sanctitatis, & quod Deus vult, illum ut Sanctum venerari. *c. 52. de Testib. l. 66. tit. 4. p. 1. E aun debe saber si hizo milagros en su vida, è desde su muerte.* Miracula enim sola, non sufficiunt; nam in miraculis præcipue operatur fides, quæ absotubio stare sine charitate potest. *1. Cor. 13. v. 2. ibi: Si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, ebaritatem autem non habuero, nihil sum.* Cum quandoque, etiam per malos, & peccatores miracula, saltem apparentia fiant, & prophetiæ dicantur. *c. 56. c. 79. 1. q. 1. Matth. 7. v. 22.* In corruptio, seu integritas corporis potest naturaliter contingere, ac proinde, ut sanctitatis indicium præbeat, debet probari excellentia vitæ, & quod talis incorruptio non sit naturalis: v. g. quia corpus sit molle, & flexibile, & incorruptum in partibus corruptioni obnoxioribus: idem dicendum est de de suaveolentia, si percipiatur odor, quemcumque naturalem odorem excedens, & nulli similis, & sic de alijs.

421 Martyrum canonizatio nihil aliud est, quam martyrij declaratio: ad quod duo requiruntur. 1. Quod consistit conclu-

dentè, & plene per duos testes, etiam infideles, quando alij non sunt, de martyrio materiali, hoc est, de ipsa passione, seu occisione. 2. Debet constare de martyrio formali: quod scilicet mortem passus sit fidelis, & sit in charitate, quatenus sit saltem attritus; nec est necesse alias virtutes probare, cum majorem dilectionem, seu charitatem, quæ est virtutum perfectio, nemo habeat ex testimonio Christi Domini, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis *Joan. 15. v. 13.* Et præsertim requiritur, quod quis velit pati pro fide, vel pro actu virtutis, in quo fides elucet. In infantibus defectum voluntatis supplet Ecclesiæ, ut in martyrio SS. Innocentium. In adultis requiritur voluntas spontanea recipiendi mortem pro Christo: ideo, qui nulla precedente voluntate, amens, vel in somnis est occisus non potest Martyr appellari. Ex parte Tyranni requiritur, quod mortem inferat, non ex fine politico, sed in odium fidei, vel virtutis supernaturalis. In declaratione Martyrum requiruntur etiam miracula, vel saltem aliqua prodigia, & signa, licet minora miraculis aliorum Sanctorum, ut declaratum fuit à *S. Congreg. Rit. 13. Sept. 1642. Pignat. 14. conf. 73. n. 9.* contra *Leonam. conf. 16. n. 13. & alios.*

422 Ad Beatificationem, & Canonizationem que proceditur regulariter, nisi aliud in casu particulari, Pontifex disponat. Aliquo enim decedente cum magna sanctitatis fama, processus fit tam autoritate Ordinarij, quam S. Congreg. super fama, virtutibus, & miraculis servi Dei: si sit martyr discutitur de martyrio, & ejus causa: si aliquid scripsit illud prius debet examinari diligenter in S. Congreg. an aliquem errorem formalem habeat contra fidem, vel contra bonos mores, ut fidei consistet de integritate fidei. Similiter constare debet de alijs virtutibus, tam Theologicis, quam Moralibus, quæ esse debent charitate formata, in gradu excellenti, & heroico, hoc est, quatenus beatificandus non consensit deliberatè alicui imperfectioni morali, quæ sit peccatum, etiam levissimum. Præterea duo saltem miracula sunt probanda ad beatificationem, per duos saltem testes juratos, non singulares, neque de auditu alieno, sed de visu, vel auditu proprio deponentes: & debet plenissime constare, miracula esse supra naturæ vires, saltem quoadmodum. *Miraculum* dicitur, quasi *admiratione plenum*, quod scilicet, habet causam simpliciter, & omnibus occultam:

hæc autem est Deus. Verè illa, quæ à Deo fiunt præter causas nobis notas, miracula dicuntur. Ut aliquid credatur miraculum tria requiruntur, scilicet, illud opus esse arduum, id est, supra virtutem totius naturæ creatæ agentis, quod sit præter speciem naturæ, id est, quod non habeat ad illud naturalem ordinem, sed ordinem obedientialem, & quod sit insolitum, id est, præter modum ejus constitutum. Potest autem causa effectus alicujus apparentis alicui esse nota, quæ tamen alijs est incognita. Unde aliquid est mirum uni, quod non est mirum alijs, sicut eclipsum solis miratur rusticus, non autem Astrologus. Triplex est gradus miraculorum. 1. Qui est *maximus*, quantum ad substantiam facti respicit: sicut quod duo corpora sint simul, vel quod Sol retrocedat, aut quod corpus humanum glorificetur. 2. est *medius*, quando scilicet, illud excedit facultatem naturæ, non quantum ad id, quod fit, sed quantum ad id, in quo fit, licet resuscitatio mortuorum, & illuminatio cæcorum, & similia. Nam natura potest causare vitam; sed non in mortuo: & potest præstare visum, sed non cæco. 3. *Minimus* est, quando aliquid excedit facultatem naturæ quantum ad ordinem, & modum faciendi: sicut cum aliquis subito per virtutem Divinam ex febre curatur, absque curatione, & consuetu naturæ processu in talibus; & cum statim aer Divina virtute in pluvias densatur absque naturalibus causis, sicut factum est ad preces Samuelis, Eliæ, & aliorum. *D. Cbmi. in 1. p. q. 103. art. 7. & 8.* Processus factus ab Episcopo manet sub diversis clavibus in Archivo Episcopali, & copia authentica, & sigillata remittitur ad Pontificem, & simul Principes litteras, beatificationem petentes, mittunt ad Pontificem, quibus præsentatis sequitur commissio super introductione causæ, quæ non est signanda nisi post decem annos à die præsentationis processus: qua commissio facta S. Congreg. Rituum aperit processum, citato Promotore fidei, coram Cardinale ponente, & in ejus absentia, coram Cardinali Præfectorum: & coram Notario consignandorum à Secretario, & Notario illum exhibet Protonotario deputato, per quem aperiuntur, & discutitur de validitate processus: qua comperta saltem quoad substantiam, clauditur processus, & obfirmatur sigillo S. Congregationis, nec aperitur, nisi post lapsum 50. annorum ab obitu beatificandi, quibus elapsis discutitur, an consistet de virtutibus Theologi-

cis, & Moralibus in gradu heroico. Postea discutitur de miraculis: quibus probatis Papa permittit illum, ut Beatum venerari, & ex ambone legitur Breve, imago ejus exponitur, & canitur hymnus: *Te Deum* cum Missa de eodem Beato. Crescente fama sanctitatis, & duobus saltem miraculis accedentibus, cum precibus Principum, & auditis Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & Abbatibus mittatis, qui sunt Romæ; ipso die Canonizationis Pontifex in Ecclesia destinata orat aliquantulum, thronum ascendit acta Canonizandi recitat, & cantato hymno: *Veni Creator Spiritus*, Sanctum declarat, cantatur: *Te Deum*, Cardinalis Diaconus intonat versiculum: *Ora pro nobis Sancte N.* cui respondetur; ut *digni, &c.* & Pontifex adjungit orationem propriam, Diaconus dicit: *Confiteor*, & addit atque *B. N. & omnibus Sanctis*. Postea Pontifex intonat *Tertiam*, quam chorus decantat, & Papa celebrat Missam propriam Sancti, ad Offertorium Cardinalis Promotor, & Legati Principis, qui Canonizationem petiit, magnas oblationes presentant, finita Missa concedit Papa Indulgentiam plenariam, & precedente Senatu Cardinalitio in Palatio defertur. Vid. *Gonz. in c. 1. h. t. Pignat. tom. 10. consult. 196. Diction. de Treo. V. Canoniz. & alij.* Latissimè æquè ac accuratissimè *Benedictus XIV. in suo preelibri opere de Canonizatione Sanctorum*, ibi enim agit de modo procedendi in causis Confessorum, & Martyrum, ante, & post Urbantum VIII. per viam non cultus, vel casus excepti, de caeremonijs, & solemnitatibus, de Congregationibus, & Consistorijs, aliisque occurrentibus in Canonizatione, & beatificatione: demumque statuit, quatuor miracula requiri, si virtutes probatæ fuerint per testes de auditu, aliisque probationibus subsidiarijs. *

TIT. XLVI.

De Observatione jejuniorum.

423 **N**ON loquimur in presenti de jejunio, seu abstinentia ab iniquitatibus, ut in *c. 25. de Consecr. D. 5. L. 4. tit. 23. p. 1.* Nec de jejunio naturali, quod ad Eucharistiæ assumptionem requiritur; sed de jejunio Ecclesiastico, quod sic potest definiti: *Est abstinentia ad certo genere ciborum sub una refectione ad meridiem, vel prope sumenda,*

L. 4. tit. 23. p. 1. ibi: La tercera manera es comer una vegada en el dia, è non mas, è non comer carne, nin otras cosas, que nasçen de ella, asì como buovos, leche, è queso, è manteca. Tria ergo ad jejunium requiruntur. 1. delectus ciborum. 2. unica resectio. 3. tempus refectionis. Abstinentia à carnibus est de essentia jejunij: quarum nomine veniunt animalia, quæ non sunt pisces, & multum nutriunt, in quo attendenda est communis hominum existimatio, & locorum consuetudo, quæ limacum, & testudinum esum, quamvis extra aquam vivant, permittit: etiam tamen fulicarium quæ extra aquam diu non vivunt prohibet. Ea tamen alimenta, quæ à carne originem trahunt, ut lac, butyrum, ova, & calcus prohibentur tantum in Quadragesima. *c. fin. D. 4.* non tamen extra eam, & quidem in Quadragesima eorum usus permittitur habentibus Bullam Cruciatæ, quinimò in Indijs ex generali consuetudine ob penariam piscium, & olei; ova, butyrum, & cætera lactientia in Quadragesima permittuntur etiam sine Bulla. *Allez. Sum. V. Jejunium, sect. 1. n. 11.* Non tamen ex eo permittitur esus sanguinis, adipis, sagminis, pinguedinis, vellardi, ut contra *Fagund. de 4. Eccl. præcept. cap. 2. num. 20. Hostien. abbat. & Dian. tenent Laym. L. 4. tr. 8. cap. 1. n. 5. & alij.* Et praxis Indiarum, quæ ad hoc non extenditur. Et in concessionibus Cruciatæ, quibus permittitur uti ovis, & lactientijs in diebus prohibitis, & tamen non utuntur sanguine. Dispensatio enim, ut odiosa strictè interpretatur. *c. 1. §. 1. de Filijs Presbyter. in 6. & notat Greg. Lop. in L. 4. tit. 23. p. 1.* Rationem prohibendi comestionem carniū assignat *D. Thom. 2. 2. q. 147. art. 8. in corp.* Nam jejunium est ab Ecclesia institutum ad reprimendas concupiscentias carnis, quæ quidem sunt delectabilem, secundum tactum, quæ consistunt in cibis, & veneris. Et ideo illos cibos Ecclesia jejunantibus interdixit, qui & in comedendo maximè habent delectationem, & iterum maximè hominem ad veneria provocant. Hujusmodi autem sunt carnes animalium in terra quiescentium, & respirantium, & quæ eis procedunt, sunt lactientia ex gressibilibus, & ova ex ovibus: quia enim hujusmodi magis confirmantur humano corpori plus delectant, & magis conferunt ad humani corporis nutrimentum, & sic ex eorum comestione plus superfluit, ut vertatur in materiam seminis, cuius multiplicatio est maximum incitamentum luxuria. Et ideo ab his cibis præcipuè jejunantibus Eccle-

Ecclesia statuit esse abstinentium. Circa illos qui ex aliqua necessitate carnes edunt, statuit *Benedict. XIV. in Const. In Suprema 22. Aug. 1742.* Sublata diversitate opinionum, ab omnibus omnino, neminè excepto, unicam comestionem servandam, & licita, atque interdictas epulas, minimè esse appetendas. * Nec ille cui permittitur secunda resectio: v. g. ob infirmitatem permittitur esus carnis, cum major causa sit ad hoc, quam ad secundam refectionem necessariam: ac proinde jejunium censetur commutatum in abstinentiam à carne. Qui semel fregit jejunium secunda refectione, non peccat, saltem graviter, postea comedendo, cum amplius non possit jejunium servare, de cuius essentia est negatio secundæ refectionis. *Dian. p. 1. tr. 9. ref. 44. Fagund. de Præcept. Eccl. pr. 4. lib. 1. cap. 4. n. 8. Laym. Busemb. & alij contra alios,* qui dicunt, grave peccatum esse, non abstinere ab ulterioribus refectionibus. *Laer. l. 3. p. 2. num. 1265.* Ubi alios refert, qui etiam à veniali hoc excusant. Si verò quis jejunium esu carniū fregit, toties peccat, quoties iterum comedit carnes, quia præceptum, quoad hanc partem, est negativum prohibens pro toto die. *Laer. lib. 3. p. 2. n. 1264.*

424 Præceptum unicæ refectionis à consuetudine generali, tempore Apostolorum stabilita, provenit. *c. 11. de Const. D. 3. c. 20. de Consecr. D. 5. ibi: Sint tibi jejunia pura, & continua, id est, quotidie esurire, & quotidie prandere.* Ut sic caro dometur, & non destruat sine aliqua refectione. *D. Thom. 2. 2. q. 147. art. 6. Less. de Just. lib. 4. cap. 2. n. 9.* Et hoc modo sine destructione subiecti satis benè obtinentur fines, & effectus jejunij, prout eos ex *D. Aug. assert. D. Thom. 2. 2. q. 147. art. 1. in corp.* ibi: *Jejunium purgat mentem, subleuat sensum, carni spiritui subiecit, cor facit contritum, & humiliatum, concupiscentia nebulas dispergit, libidinum ardores extinguit, castitatis verum lumen accendit.* Et quidem fat est, quod comestio sit unica moralitèr, licet physicè, ex aliqua causa, vel negotio occurrente interrumpatur. *Less. de Just. & jur. lib. 4. cap. 2. n. 11.* Si quis finito prandio plicarit mappulam cum proposito nihil amplius comedendi, quin etiam si à mensa surrexisset: actis gratijs, potest intra quadrantem, aut intra quadrantem, & dimidium, mutata voluntate, iterum assidere, & comedere, quia moralitèr censetur una comestio. *Filius. Tamb. Sanc. Conf. lib. 5. cap. 1. dub. 24. & alij apud Laer. l. 3. p. 2. n. 1281.* Nec jejunio obest,

si extra tempus refectionis manè, & vespere ad bibendum, ne potus noccat, vel causa medicinae, aliquid sacchari, vel panis in modica quantitate addatur. *D. Thom. 2. 2. q. 147. art. 6. ad 3.* qui manè jentaculum, non æquivalens collationi vespertinæ, sumplit, nec prandium, nec vespertinam collationem tenetur relinquere. Si verò per inadvertentiam sumplit jentaculum sufficiens ad prandium, non potest prandere, & tantum poterit vespere collationem sumere, quia æquè nutritus est, ac si sciens fecerit. *Laer. lib. 3. p. 2. n. 128.* quamvis *Fagund. & alij* dicant, adhuc prandere posse. Quoad parvitatem materiae varij varie. Duas uncias cibi esse materiam parvam, quæ jejunium non frangit, dicit *Alloz. in Sum. V. Jejunium, sect. 4. n. 16.* dummodo non sint carnes. Nam in his parvitas materiae, est solum gustare, ut licet coquis, vel si adeo parvum sumatur, ut non excedat octavam partem unciae. Alij ad unciam extendunt. Alij adhuc la rius sentiunt apud *Laer. lib. 3. p. 2. n. 13. q. 4. & seq.* Potus, proprie talis, non frangit jejunium. *D. Thom. 2. 2. q. 147. art. 6. ad 2. ibi: Duplex est jejunium, unum quidem natura, quod requiritur ad Eucharistiæ assumptionem, & hoc solvitur, per quemlibet potum, etiam aqua, post quem non licet Eucharistiæ sumere. Est autem aliud jejunium Ecclesiæ, quod dicitur jejunium jejunantis, & istud non solvitur nisi per ea, quæ Ecclesia interdicit intendit infirmandum jejunium; non autem intendit Ecclesia interdicit abstinere potus, qui magis sumitur ad allevationem corporis, & digestionem ciborum assumptorum, quam ad nutritionem, licet aliquomodo nutriat: & ideo licet pluries jejunantibus bibere. Olim fidelis die jejunij præcipuè Quadragesimalis abstinebat vino, & in hebdomada Sancta pane tantum, sale, oleribus, & aqua utebantur, ut ex *SS. Patribus* refert *Gonz. in c. 1. h. t. n. 6.* Potio, quam Hispani Chocolate dicimus, non frangit jejunium, juxta *Thom. Hart. Gonz. in c. 1. h. t. n. 6.* Idem dicendum est de *Faba Kaffe*, & herba *The*, de *Lymonia*, de *Hypocras*, & de *Tabaco*, cum hæc omnia, non ad nutrimentum, sed tantum ad reficiendum spiritus deserviant. *Laer. lib. 3. p. 2. ex n. 1291.* ubi alios citat.*

425 Olim resectio extra Quadragesimam sumebatur hora nona, quæ respondecit nostræ tertiæ pomeridianæ; quia tunc fuit completa passio Christi, cui conformantur jejunantes. In Quadragesima verò hora vespertina, sive in occasu Solis. *c. 50. de Consecr. D. 1. ibi: Nullatenus jejunare in*